

I V L I I C L A R I A L E X A N D R I N I I . C . L O N G E C L A R I S S I M I .

ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS

Supremi Confiliarij, ac Regentis dignissimi.

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. FEVDVM.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Ius feudorum a quo tempore originem habuerit, q. 1.
 Ius feudorum hodie an sit ius scriptum, vel consuetudo, q. 2.
 Liber feudorum an sit authenticus, q. 3.
 Quid sit fundum, q. 4.
 Vnde dicatur feudum, q. 5.
 An feudum sit contractus nominatus, q. 6.
 Quotuplex sit feudum, q. 7.
 Feudum antiquum, & feudum nouum quid differant, q. 8.
 Feudum hereditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia quid differant, q. 9.
 Feuda regalia quæ sint, q. 10.
 Quod dicatur feudum ligium, q. 11.
 Feudum francum, quod dicatur, q. 12.
 Prælati an possint in feudum concedere bona Ecclesiæ, q. 13.
 Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nodum aperto, q. 14.
 Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura, q. 15.
 Feuda an possint emi, q. 16.
 Concessio castri per verbum, Donamus, an sit donatio, vel feudalis concessio, q. 17.
 Bona in dubio an præsumantur feudalia, q. 18.
 Titulus vasalli quanto tempore præscribatur, q. 19.
 Pacta insolita allegans appposita esse in inuestitura, an illud probare teneatur, q. 20.
 Vasallus an teneatur adiuuare dominum, q. 21.
 Vasallus an possit eundo in auxilium domini, liberare se a solutione dimidij redditus, q. 22.
 Vasallus an teneatur alere dominum egenum, q. 23.
 Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare, q. 24.
 Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia, q. 25.
 Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi, q. 26.
 Dominus an teneatur defendere vasallum, q. 27.
 Dominus an possit vasallos inuitos alienare, q. 28.
 Dominus an possit vasallis collectas imponere, q. 29.
 Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis, q. 30.
 Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini, q. 31.
 Vasallus an possit subinfundare de feudo, q. 32.
 Vasallus an possit feudum alteri locare, q. 33.
 Vasallus an possit renuocare feudum in manibus domini, q. 34.
 Vasallus an possit rem feudalem alteri pignori, q. 35.
 Vasallus an possit feudum dare in dotem, q. 36.
 Vasallus an possit super re feudali constituere seruitutem, q. 37.
 Vasallus an possit de feudo transigere, q. 38.
 Vasallus an possit de feudo facere compromissum, q. 39.
 Vasallus an possit de feudo testari, q. 40.
 Vasallus an possit alienare feudum in præiudicium, q. 41.
 Filius, vel agnatus quando possit alienationem feudi reuocare, q. 42.
 Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satis facere, q. 43.
 Feudum an possit diuidi, q. 44.
 Feudum an possit præscribi, q. 45.

Feudum an imputetur in legitimam, q. 46.
 Vasallus, an possit incidere arbores fructiferas in feudo feudali, q. 47.
 Vasallus committens stuprum cum vxore domini, an amittat feudum, q. 48.
 Vasallus non petens a domino inuestiri, an cadat a feudo, q. 49.
 Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo, q. 50.
 Vasallus cessans per triennium a solutione pensionis, an cadat a feudo, q. 51.
 Vasallus non alens dominum, an possit priuari feudo, q. 52.
 Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis, an sit toto feudo priuandus, q. 53.
 Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini, q. 54.
 Vasallus relinquens dominum in prelio, an amittat feudum, q. 55.
 Vasallus, si deteriorauerit rem feudalem, an cadat a feudo, q. 56.
 Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat a feudo, q. 57.
 Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo, q. 58.
 Vasallus an possit feudo priuari sine causa, q. 59.
 Quot testes requirantur ad probandam ingratiuitatem vasalli, q. 60.
 Vasallus, qui per vim, aut metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi, q. 61.
 Vasallus an regulariter cadat a feudo ipso iure, an autem sit priuandus per sententiam, q. 62.
 Dominus recipiens seruitia a vasallo, an censetur illi remisisse ingratiuitatem, q. 63.
 Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad hæredes domini, q. 64.
 Et an contra hæredes vasalli, q. 65.
 Feudum priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis, q. 66.
 Ingratiuitas Prælati, an noceat Ecclesiæ, q. 67.
 Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi, q. 68.
 Dominus negans inuestire vasallum, an cadat a proprietate feudi, q. 69.
 Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, q. 70.
 Dominus alienans vasallos inuitos an priuetur proprietate feudi, q. 71.
 Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur, q. 72.
 Femina an succedat in feudo, q. 73.
 Filius ex hæredatus an succedat in feudo, q. 74.
 Filij fratrum an in feudis succedant in stipites, vel in capita, q. 75.
 Filius, vel agnatus an possit repudiare hæreditatem, & retinere feudum, q. 76.
 In successione feudorum an habeat locum ius accrescendi, q. 77.
 Clericus an succedat in feudo, q. 78.
 Collaterales an succedant in feudo, q. 79.
 Femina semel admissa ad feudum, an postea, superueniente masculo excludatur, q. 80.
 An in feudis dignitatum requiratur noua concessio, q. 81.
 Legitimus an succedat in feudo, q. 82.
 Extranei hæredes an succedant in feudo, q. 83.

Feudum

Feudum an veniat in confiscatione bonorum, q. 84.
 Feudum an veniat in restitutione fidei commissi, q. 85.
 Filius institutus in re certa, an in feudo succedat aequaliter cum alijs, q. 86.
 Finito feudo, an proximiores sint inuestiendi, q. 87.

Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta, q. 88.
 Quæ actio competat pro feudo, q. 89.
 Quis si iudex competens in causis feudalibus, q. 90.
 Tempora appellationum statuta à iure communi an currant etiam in causis feudalibus, q. 91.

HÆC materia Feudorum est valde utilis, & quotidiana, super qua nonnulli iuris Interpretes integra Commentariorum volumina scripserunt.

QVÆSTIO PRIMA.

S V M M A R I A .

Ex Claro.

- 1 Feuda à quo tempore originem habuerint.
- Ex Additionibus.
- 1 Varia recensentur feudorum origo.

- 2 Opinio Ioannis Niellij, & c.
- 3 Opinio Budei, & c.
- 4 Opinio Taurilli, & c.
- 5 Opinio Haloandri, & c.
- 6 Opinio Viglij Zuichemi.
- 7 Opinio Francisci Connani.
- 8 Opinio Iacobi Cuiacij, & c.
- 9 Opinio Luca de Penna.
- 10 Opinio Ioannis Ferrarij Montani, & c.
- 11 Opinio communis approbatur, & defenditur.

A D D I T I O N E S .

QVÆST. I.

A Quo tempore.] Vide ad hanc quæstionem Gulielm. Bened. in repet. capit. Reynutus, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, in tertia decisione, numero tertio, & sequenti. Gouean.

A quo tempore ius feudorum originem habuerit.]

1 Origo feudorum vnde promanauerit, vehementer, & varie controuertitur. Quidam enim opinantur, quod vna cum genere humano, & sic ab exordio penè mundi prima feudorum origo extiterit. Ita namque ad primam Monarchiæ tempora referunt feudorum initia Ioannes Niell. disput. i. feuda. thes. i. Ioannes Henricus Linc. in tractat. feud. parte i. nu. 6. & Ioan. Gædd. in disput. feud. i. th. i.

3 Nonnulli, qui feudorum originem deducunt à clientelis Romanorum, à Romano sub initium urbis conditæ introductis. Budeus in l. Herennius 63. ff. de iusticiationibus. Ioannes Pyrrh. ad consuetudin. Burdegalen. libro secundo, titulo octauo, de feud. in princip. & Haneton. de feud. lib. i. cap. 2.

4 Alij feudorum originem reponunt ad agros limitrophos, seu limitaneos, quos in militibus Imperij sitos Romani Principes solabant assignare limitibus, vt inde sese sustentarent: Lælius Taurillus libro Singul. de milit. Sonebecius in commentar. ad vsus feudorum parte prima, numero 34.

5 Non sunt defuncti, qui feudorum principia dedicant à militijs, quæ olim dicebantur officia illorum, qui in Schola inter statutos relati erant, indeque salaria a Principe relinquebantur. Haloander in Nouell. 53. & 97. Curtius Iunior de feud. parte secunda, disputatione tertia, circa uedium. Viglius vero Zuichemus in rubric. titul. Institut. de milit. testament. numero vigesimo secundo, arbitratur, feuda suum ortum ab armatis militijs trahere. At Franciscus Conantus libro secundo, Commentar. Clar. Sentent. Pract. Cuij.

tar. iuris ciuil. capit. nono, numero sexto, existimat, feudorum morem à Gallis venisse ad Germanos, Italos, Hispanos, & alios Europæ populos.

8 Alij feudorum originem adscribunt colonis ascriptijs, seu hominibus, quorum fit mentio in lege secunda. § primo, C. de dignitatibus, lege prima, Cod. de commercijs, & mercatoribus, & alibi: Iacobus Cuiacius in principio Commentar. in vsus feudal. & libro octauo, obseruation. capit. decimo quarto, huiusque perpetuus Affleca Ioannes Borchtolus in commentar. in consuetud. feudor. capit. secundo, numero duodecimo. Lucas de Penna in l. quicunque 7. in principio, columna secunda; Cod. de omni agro deserto, libro vndecimo, autumat, feuda originem suam traxisse à prædijs stipendiarijs, & tributarijs: quæ qualia fuerint, docent Interpretes ad §. per traditionem 40. Institut. de rerum diuis.

10 Ceterum qui Ioannes Ferrarius Montanus libro primo, de feud. capit. primo. & Hermanus Vultcius libro primo de feud. capit. primo, numero 14. originem feudorum reperunt a temporibus Caroli Magni, & sub eius Imperio primum viurpati cepisse tradunt.

11 Denique à consuetudine, & moribus Longobardorum feudum principia accepisse, & dimanasse, vt receptus, teste hic Claro nostro, ita & probabilius est. Tum quia in consuetudinibus feudalibus passim Longobardorum, & Legum Longobardicarum fit mentio, veluti sub titulo decimo de contentio. inter domum. & fidel. libro primo, & titulo primo, de feudi cogni. libro secundo, & titulo octauo, de inuestitura de re al. facta. cit. ca. fin. libro secundo. Item titulo 58. de notis feudorum. §. i. & seqq. lib. eodem feudor.

Tum quia multa Rerum Feudalium vocabula Germanorum idiomati, vt pote Gentis vicinæ, & in quorum Regione multos

multos annos Longobardi habitauerunt, consolare videntur: vt morganatica, marchio, marchia, & alia eiusmodi fere innumera...

QVÆSTIO II. SVMMARIA. Ex Claro.

Ius feudum an hodie dicatur ius scriptum, vel consuetudo.

ADDITIONES.

Quod ius feudum fuit compilatum ex consuetudinibus. Non dubium est vllum, quin priuati homines fuerint qui consuetudinem feudorum, sine vlla legis concedendæ auctoritate, & potestate conscripserint.

QVÆSTIO II.



V AERO, certum est, quod ius feudorum, fuit compilatum, ex consuetudinibus, quæ deinde fuerunt in scriptis retractæ, nunquid

pit. 3. H. disput. feud. capit. primo, & 2. Dom. Obrecht. disput. feud. 1. cap. 2. the. 4. 2. & seqq. Dn. Collega Bocerus classi. 5. disp. 12. thesaur. 3. edit. 2. Fachneus libro 7. controuer. iur. capit. 1. vers. postremam sententiam, &c. Petrus Heigius part. prima, quaest. 1. num. 3. 1. Ioan. Rudingerus variar. lect. iur. feud. lib. 1. c. 1. nu. 14. cum seqq. Paulus Berens disput. feud. 1. the. 4. alijque complures ab ijs memorati. Harprea.

Ex Addit onibus.

- 1 A quibus in feudorum sit conscriptus. 2 Auctor iuris feudalis incertus est. 3 An consuetudines feudales, hodie ad ius scriptum referenda.

Montanus libro primo, feud. capit. tertio. Hartmann. Pistor. libro secundo, quaestione 34. numero 17. Dom. Bocer. classi. 5. disput. 12. the. 5. cum seq. & Rudinger. variar. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 3. Harprea.

Nunquid hodie dicitur consuetudo, an autem ius scriptum. Quod atinet ad constitutiones Imperatorum, quæ in libros feudales redactæ sunt, non ambigitur, quin illæ sint pars iuris scripti. Verum de consuetudinibus Longobardorum, itaque Mediolanensium res est valde controuersa. Sed communis opinio est, illas etiam num ius consuetudinarium, & nō scriptum esse. Ita post Clarum nostrum, & alios docent Sōsbec. de feud. parte prima, numero 24. Ferrar. Montan. dicto libro primo feud. cap. secundo. Curt. Iun. de feud. quaestione 1. numero 11. Duaren. de feud. d. cap. 1. nu. 3. Obrecht. disput. feud. 1. cap. 3. D. Bocer. d. disput. 12. the. 6. & Rosenthal. in tract. feud. cap. 1. conclusio. 8. num. 3. & sequent. Tametsi post alios dissentit Lodolphus Schraderus in tracta. feud. 2. part. principal. sect. 3. numero 14. cum seq. Harpr.

QVÆSTIO III. SVMMARIA. Ex Claro.

Ius feudorum an allegari possit ad decisionem causarum.

Ex Additionibus.

- 1 Liber feudorum an sit authenticus. 2 Quod Principi placet, legis habet vigorem. 3 Temporis immemoralis vsus habet vim privilegij, & legis. 4 Tacens quatenus pro consentiente habeatur. 5 Eius, quod publice sit, nemo ignorantiam causari potest. 6 Imperatorum est leges generales condere.



ADDI.

ADDITIONES.

Liber feudorum sit authenticus. Libros feudorum esse authenticos, & in foro Romano obseruandos, sequentibus docetur argumentis. Et sane quoad constitutiones

QVÆST. III.



Vero, an liber feudorum sit authenticus, & an possit allegari ad decisionem causarum?

Respon. Hostiens. in summa de immunit. Eccl. §. in quantum. vers. Si vero tenet, quod non. Contraria tamen opinio, scilicet quod imò possit allegari ad decisionem causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. quaest. 1. Zasius de feud. in praesentia. vers. Antequam. Maranta in suo Speculo, in 3. par. nu. 84. et dicit Ias. in praesentia. feud. num. 1. & seq. quod hæc est communis sententia Scribentium vbiq. Dicit tamen Tac. de Belus. in c. 1. §. fin. col. fin. de his qui feud. dare possunt. quod communis opinio ita tenet: & quod ita tenet omnes Doct. tam vltra montes, quam citra montes. Et dicit Albert. de Rosat. in Repet. iuris canon. in verbo Feudum, colum. 4. quod ita communiter Doct. tenent, & quod ita seruatur in practica. Et dicit Aluarot. in prelude. feud. col. 3. vers. Qæro tertio quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt, & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prelude. feud. nu. 9. in §. quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, et omnes Doct. ita sentiunt, & dicit

no, sed a Longobardis, & Mediolanensibus sint introductæ; adeoque non generales existimetur, sed locales; attamen cum hodie ab Imperatore approbatæ sint, & confirmatæ: nihil plane impedit, quo minus, & Romanos consuetudinibus illis teneri statuatur. Denique ita, præter Clarum hic nostrum, &

Molin. in consuet. Paris. feud. in princ. nu. 46. quod hec est fere omnium hac in re scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authentico obseruatus, & allegatus per tantum temporis spacium, cuius in eius memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari, cum vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat privilegij.

Et hec quidem comelisso de plano procedit in materia feudali. Sed quæro an possit etiam allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem? Respon. quod non. Ita dicit singulariter Bart. in l. vt iurisurandi. §. si liberi. post nu. 5. ff. de oper. libert. & est communis opinio. vt dicit Curt. iun. conf. 64. num. 15. & in tract. feud. in 1. par. princ. q. 3.

Dicit etiam Molin. in consuet. Paris. §. 1. glo. 2. nu. 27. quod hec est verior, & receptior opinio. Ius enim consuetudinarium non debet trahi in consequentiam. Bene verum est, quod vbi non reperitur contrariam a iure communi decisionem, argui posset, puta, de feudo ad emphyteusim, secundum Spec. de feud. §. quoniam. vers. 40. Et ita esse communi opinio attestatur Soc. conf. 167. nu. 24. lib. 2. & quod in dubio valet argumentum de feudo ad emphyteusim, dicit communiter teneri Soc. iun. conf. 72. nu. 57. lib. 1. Sed hoc argumentum non semper procedit, vt inferius suis in locis demonstrabimus.

in iure ciuili: tunc illustrationis, & maioris confirmationis gratia possit ius feudale, etiam in causis ciuilibus, allegari. Idemque etiam obtineat, cum ius feudale aliquid præter ius ciuile disponat, hoc est, de eo disponat, de quo in iure ciuili nihil dispositum habetur. Etenim si sicut controuersæ feudales, deficiente iure feudali, ex iure ciuili sunt decidende: ita quoque quaestiones ciuiles, deficiente iure ciuili, ex iure feudali decidi debent d. cap. 1. lib. 2. feudor. dummodo vtroque hoc casu ius feudale in ratione naturali sit fundatum. Ita, post veteres, ex recentioribus tradunt Viteus libro 1. de feud. cap. 1. numer. 9. Borcholt. dict. Commentar. de feud. cap. 2. numer. 31. cum sequenti. Linck. dict. parte 1. numer. 2. Intrigliol. de feud. quaest. 11. Rosenthal. dict. tract. de feud. cap. 1. conclus. 10. Adde videndum Valascum in tract. de iure emphyt. quaest. 39. num. 19. Harprea.

ab eo citatos, concludunt Ioan. Borcolt. in commentar. in consuet. feudor. c. 2. num. 30. Duaren. libro 1. de feud. cap. 1. nu. 5. Vult. lib. de feud. c. 1. nu. 5. Sontbecc. de feud. par. 1. num. 22. Schneid. vvin. de feud. par. 3. quaest. 1. numer. 6. Schrader. in tract. feud. par. 1. quaest. 1. nu. 6. Rudinger. variar. lecton. iuris feud. lib. 1. c. 2. num. 2. Heigius par. 1. q. 1. nu. 9. cū seq. Guerrin. P. d. Soac de feud. cap. 1. Dn. Bocer. classi. 5. disp. 12. th. 8. edi. 2. Linck. de feud. par. 1. nu. 1. Fachincus libro 7. controuer. iur. c. 2. Haneton. de feud. cap. 1. Rosenthal. in tract. feud. cap. 1. conclus. 9. nu. 1. & Paulus Berens disput. feud. 1. th. 8. Harprea.

Ad decisionem causarum. In hac quaest. adde, quod iura feudalia nõ valent in his, quæ reperiuntur aliter a iure ciuili decisa in alia materia, glo. est notab. iuncto tex. in c. 1. de feud. leg. & ibi Balem commendat, & vide ample de hac re per Euerard. in loco a feudo ad emphyteusim. num. 44. & seq. Goucan.

An possit etiam allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem? Circa hanc questionem recte distinguitur: vt si ius feudale aliquid disponat, quod sit iuri ciuili contrarium: tunc illud nisi in materia feudali obtineat: in iure autem ciuili nullã sibi auctoritatem vendicet, argum. cap. 1. de feudi cognitione. lib. 2. F. Sin vero disponat ius feudale aliquid, quod sit secundum ius ciuile, adeoque faciat

Y 2

Nun